



**GOSPEL Matthew 18: 23-35**

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Assimulatum est regnum cælorum hōmīni regi, qui voluit ratiōnem pōnere cum servis suis. Et cum cōpisset ratiōnem pōnere, oblatus est ei unus, qui debēbat ei decem mīllia talēnta. Cum autem non habēret unde redderet, iussit eum dōminus ejus venūndari, et uxōrem ejus, et filios, et ōmnia quæ habēbat, et reddi. Prōcidens autem servus ille, orābat eum, dicens: Patiēntiam habe in me, et ōmnia reddam tibi. Misērtus autem dōminus servi illius, dīmisit eum, et dēbitum dimisit ei. Egrēssus autem servus ille, invēnit unum de consērvīs sui, qui debēbat ei centum denārios: et tenens suffocābat eum, dicens: redde quod debes. Et prōcidens consērvus ejus, rogābat eum, dicens: Patiēntiam habe in me, et ōmnia reddam tibi. Ille autem noluit sed ābiit, et misit eum in cārcerem donec redderet dēbitum. Vidētes autem consērvī ejus quæ fiēbant, contristātī sūnt valde: et venērunt, et narrāvērunt dōmino suo ōmnia quæ facta fūerant. Tunc vocāvit illum dōminus suus, et ait illi: Serve nequam, omne dēbitum dimisi tibi quōniam rogāsti me: nonne ergo opōrtuit et te miserēri consērvī tui, sicut et ego tui misērtus sum? Et irātus dōminus ejus, trādīdit eum tortōribus, quoadūscue redderet univērsum dēbitum. Sic et Pater meus cælēstis faciēt vobis, si non remisēritis unusquisque fratri suo de cōrdibus vestris.

At that time, Jesus spoke to His disciples this parable: The kingdom of heaven is likened to a king, who would take an account of his servants. And when he had begun to take the account, one was brought to him that owed him ten thousand talents: and as he had not wherewith to pay it, his lord commanded that he should be sold, and his wife and children, and all that he had, and payment be made. But that servant falling down, besought him saying: Have patience with me, and I will pay thee all. And the lord of that servant, being moved with pity, let him go and forgave him the debt. But when that servant was gone out, he found one of his fellow servants that owed him a hundred pence: and laying hold of him, he throttled him, saying: Pay what thou owest. And his fellow-servant falling down besought him, saying: Have patience with me, and I will pay thee all. And he would not but went and cast him into prison till he paid the debt. Now his fellow servants, seeing what was done, were very much grieved; and they came and told their lord all that was done. Then his lord called him and saith to him: Thou wicked servant, I forgave thee all the debt, because thou besought me; should not thou have had compassion also on thy fellow servant, even as I had compassion on thee? And his lord being angry, delivered him to the torturers, until he paid all the debt. So also shall my heavenly Father do to you, if you forgive not every one his brother from your hearts.

**S:** Laus tibi, Christe.**P:** Per evangēlica dicta deleāntur nostra delicta.**S:** Praise to Thee, O Christ.**P:** May our offenses be erased by the words of the Gospel.**AT THE CENTER OF THE ALTAR****AT THE CENTER OF THE ALTAR****P:** Dōminus vobiscum.**S:** **Et cum spiritu tuo.****P:** Orēmus.**(Sit)****P:** The Lord be with you.**S:** And with your spirit.**P:** Let us pray.**(Sit)****OFFERTORY Job 1**

Vir erat in terra Hus, nōmine Job: simplex et rectus, ac timens Deum: quem Satan pētiit, ut tentāret; et data est ei potestas a Dōmino in facultates, et in carnem ejus: perdiditque omnem substāntiam ipsius, et filios: carnem quoque ejus gravi ūlcere vulnerāvit.

There was a man in the land of Hus, whose name was Job, simple, and upright, and fearing God: whom Satan besought that he might tempt: and power was given him from the Lord over his possessions and his flesh; and he destroyed all his substance and his children; and wounded his flesh also with a grievous ulcer.

**P:** Sūscipe, sancte Pater, omnīpotens ætērne Deus, hanc immaculātā hōstiam, quam ego indignus fāmulus tuus offero tibi, Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccātis, et offēnsiōnibus, et negligētiis meis, et pro ōmnibus circumstāntibus, sed et pro ōmnibus fidēlibus christiānis vivis atque defūctis: ut mihi, et illis proficiat ad salutē in vitam ætērnā. Amen.

**P:** Receive, O Holy Father, almighty and eternal God, this spotless host, which I, Thine unworthy servant, offer unto Thee, my living and true God, for my innumerable sins, offenses, and negligences, and for all here present; and also for all faithful Christians both living and dead, that it may profit me and them for salvation unto life everlasting. Amen.

**AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR**

**P:** Deus, qui humanæ substāntiæ dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformāsti: da nobis per hujus aquæ et vini mystērium, ejus divinitatis esse consōrtes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est pārticeps, Jesus Christus Filius tuus Dōminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spīritus Sancti, Deus: per ōmnia sēcūla sēcūlorum. Amen.

**AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR**

**P:** O God, Who wonderfully formed the dignity of human nature, and more wonderfully restored it, grant us through the mystery of this water and wine, to be made participants of His divinity, Who condescended to become a partaker of our humanity, Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who with Thee, lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. Amen.

**AT THE CENTER OF THE ALTAR**

**P:** Offērimus tibi, Dōmine, cālicem salutāris tuam deprecāntes clemēntiam: ut in conspēctū divīnæ majestātis tuæ, pro nostra, et totius mundi salutē cum odōre suavitatis ascēdat. Amen. In spīritu humilitātis, et in ānimo contrito suscipiāmur a te, Dōmine, et sic fiat sacrificium nostrum in conspēctū tuo hōdie, ut plāceat tibi, Dōmine Deus. Veni, sanctificātor omnīpotens ætērne Deus: et bēnedic hoc sacrificium, tuo sancto nōmini pręparātum.

**AT THE CENTER OF THE ALTAR**

**P:** We offer Thee, O Lord, the chalice of salvation, pleading Thy clemency, that it may ascend in the sight of Thy divine majesty, with a sweet fragrance, for our salvation and for that of the whole world. Amen. In a humble spirit and a contrite heart may we be received by Thee, O Lord, and let our sacrifice be so made in Thy sight this day that it may please Thee, O Lord God. Come, O sanctifier, almighty and eternal God, and bless this sacrifice prepared for Thy holy name.

*(Only at High Mass when incense is used)**(Only at High Mass when incense is used)*

**P:** Per intercessiōnem beāti Michāelis Archāngeli, stantis a dextris altāris incēnsi, et ōmnium electōrum suōrum, incēnsium istud dignētur Dōminus bēnedicere, et in odōrem suavitatis accipere. Per Christum Dōminum nostrum. Amen.

**P:** By the intercession of blessed Michael the Archangel, who stands at the right hand of the altar of incense, and of all His elect, may the Lord deign to bless this incense, and to receive it as a sweet fragrance, through Christ our Lord.

**P:** Incēnsium istud a te bēnedictum, ascēdat ad te, Dōmine, et descēdat super nos miserēcordia tua.

**P:** May this incense, blessed by Thee, ascend to Thee, O Lord, and may Thy mercy descend upon us.

**P:** Dirigātur, Dōmine, orātiō mea, sicut incēnsium, in conspēctū tuo: elevātiō mānuum meārum sacrificium vespertīnum. Pone, Dōmine, custōdiam ori meo, et ōstium circumstāntiæ labiis meis: ut non declinet cor meum in verba malitiæ, ad excusāndas excusatiōnes in peccātis.

**P:** Let my prayer be directed, O Lord, as incense in Thy sight, the lifting up of my hands as an evening sacrifice. Set a watch, O Lord, before my mouth: and a door round about my lips: that my heart may not incline to evil words: to make excuses in sins.

**P:** Accēndat in nobis Dōminus ignem sui orōrātis, et flamma ætērnæ caritātis. Amen.

**P:** May the Lord enkindle in us the fire of His love and the flame of everlasting charity. Amen.

**AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR**

**P:** Lavābo inter innocētes manus meas: et circumdābo altāre tuum, Dōmine: Ut āudiam vocem laudis, et enārrem univērsa mirābilia tua. Dōmine, dilēxi decōrem domus tuæ, et locum habitatiōnis glōriæ tuæ. Ne perdas cum impiis, Deus, ānimum meam, et cum viris sāguinum vitam meam: In quorum mānibus iniquitates sunt: dēxtera eōrum replēta est munērībus. Ego autem in innocēntia mea ingrēssus sum: rēdime me, et miserere mei. Pes meus stetit in dirēcto: in ecclēsiis bēnedicam te, Dōmine. Glōria Patri, et Filio, et Spīritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in sēcūla sēcūlorum. Amen.

**AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR**

**P:** I will wash my hands among the innocent, and I will compass Thine altar, O Lord, that I may hear the voice of praise: and tell of all Thy wondrous deeds. I have loved, O Lord, the beauty of Thy house and the place where Thy glory dwelleth. Destroy not my soul, O God, with the wicked, nor my life with men of blood. In whose hands are iniquities, their right hand is full with gifts. But I have walked in my innocence: redeem me, and have mercy on me. My foot has stood on the right path; in the churches I will bless Thee, O Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

**AT THE CENTER OF THE ALTAR**

**P:** Sūscipe, sancta Trīnitas, hanc oblatiōnem, quam tibi offerimus ob memoriā passiōnis, resurrectiōnis, et ascēnsiōnis Jesu Christi Dōmini nostri: et in honōrem beāti Joānnis Mariæ et sanctōrum Apostolorum Petri et Pauli, et istōrum, et ōmnium Sanctōrum: ut illis proficiat ad honōrem, nobis autem ad salutē: et illi quo nobis intercēdere dignentur in cælīs, pro nobis intercēdere āgimus in terris. Per eūndem Christum Dōminum nostrum. Amen.

**AT THE CENTER OF THE ALTAR**

**P:** Receive, O holy Trinity, this oblation which we offer to Thee in remembrance of the Passion, Resurrection, and Ascension of Our Lord Jesus Christ, and in honor of blessed Mary, ever Virgin, and of John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, and of these and of all the Saints; that it may avail unto their honor and our salvation, and may they deign to intercede in heaven for us who honor their memory here on earth. Through the same Christ, our Lord. Amen.

**P:** Orate fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptābile fiat apud Deum Patrem omnīpotentem.

**S:** Suscipiat Dōminus sacrificium de mānibus tuis ad laudem, et glōriam nōminis tui, ad utilitatem quoque nostram, totiūscue Ecclēsiæ suæ sanctæ.

**P:** Amen.

**P:** Pray brethren, that my sacrifice and yours may be acceptable to God the Father almighty.

**S:** May the Lord receive the sacrifice from your hands, to the praise and glory of His name, to our benefit, and that of all His holy Church.

**P:** Amen.**SECRET (silently)**

Sūscipe, Dōmine, propitiū hōstias: quibus et te placāri voluisti, et nobis salutem potēnti pietate restituti. Per Dōminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spīritus Sancti, Deus, per ōmnia sēcūla sēcūlorum.

Mercifully receive, O Lord, these offerings, by which Thou art pleased to be appeased and in Thy powerful goodness to restore our salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**SECRET (silently)**

Sacris altāribus, Dōmine, hōstias superpōsitas sanctus Hilariōnus Abbas, quæsumus, in salutē nobis provenīre depōscat.

**For St. Hilarion**

May the holy Abbot Hilarion, we beseech Thee, O Lord, obtain by his prayers, that the Sacrifice laid on Thy holy altar, may profit us unto salvation.

**SECRET (silently)**

Intēnde, quæsumus, Dōmine, mūnera altāribus tuis pro sanctārum Virginum et Mārtīrum tuārum Ursulæ et Sociārum ejus festivitāte propōsita: ut, sicut per hæc beātā mystēria illis glōriam contulisti; ita nobis indulgēntiam largiāris. Per Dōminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spīritus Sancti, Deus,

**For St. Ursula & Companions**

Favorably look down, we beseech Thee, upon the gifts laid upon Thine altars, O Lord, for the festival of Thy holy virgins and martyrs, Ursula and her companions, that, as Thou hast conferred glory upon them through these blessed mysteries, so Thou mayest bestow upon us forgiveness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God,

*(aloud, to conclude the Secret Prayer)*

**P:** ...per ōmnia sēcūla sēcūlorum.**(Stand at High Mass)****S:** Amen.**P:** Dōminus vobiscum.**S:** **Et cum spiritu tuo.****P:** Sursum corda.**S:** **Habēmus ad Dōminum.**

**P:** Grātias agāmus Dōmino Deo nostro.

**S:** **Dignum et justum est.****P:** ...forever and ever.**(Stand at High Mass)****S:** Amen.**P:** The Lord be with you.**S:** And with your spirit.**P:** Lift up your hearts.**S:** We have lifted them up to the Lord.**P:** Let us give thanks to the Lord our God.**S:** It is fitting and just.*(This Preface is said on weekdays.)***COMMON PREFACE**

Vere dignum et justum est, æquum et salutāre, nos tibi semper, et ubiq̄ue grātias āgere: Dōmine sancte, Pater omnīpotens, ætērnæ Deus: per Christum Dōminum nostrum. Per quem majestātem tuam laudant Āngeli, adōrant Dominatiōnes, tremunt potētates. Cæli cælōrumque Virtutes, ac beāta Sērāphim, sōcia exultatiōne concēlebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jūbeas deprecāmur, sūplici intercessiōne dicēntes:

*(This Preface is said on weekdays.)*

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

**(Kneel)**

**P:** Sanctus ☩, Sanctus ☩, Sanctus ☩, Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt caeli et terra glória tua. Hosánna in excélsis. †Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

## THE ROMAN CANON

*(silently)*

**P:** Te ígitur, clementíssime Pater, per Jesum Christum Fílium tuum, Dóminum nostrum, súpplices rogámus, ac pétimus uti accépta hábeas, et benedícas, hæc dona, hæc múnera, hæc sancta sacrificia illibáta, in primis, quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre, et régere dignéris toto orbe terrárum: una cum fámulo tuo Papa nostro **N.**, et Antístite nostro **N.**, et ómnibus orthodoxís, atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

**P:** Meménto, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum **N.**, et **N.**, et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnota est, et nota devótio, pro quibus tibi offérimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, súperque ómnibus: pro redemptióne animárum suárum, pro spe salutis et incolumitátis suæ: tibique reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

**P:** Communicántes, et memóriam venerántes, in primis gloriósa semper Vírginis Mariæ, Genitricis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni, et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** ☩ Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** Quam oblatiónem tu, Deus, in ómnibus, quæsumus, benedíctam, adscríptam, ratam, rationábilem, acceptábilemque fácere dignéris: ut nobis Corporis, et Sanguis fiat dilectíssimi Filii tui Dómini nostri Jesu Christi.

**P:** Qui pridie quam paterétur, accépit panem in sanctas, ac venerábiles manus suas, et elevátis óculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, benedíxit, fregit, dedítque discíplis suis, dicens:

Accipite, et manducáte ex hoc omnes, HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

☩ ☩ ☩

**P:** Símili modo postquam cænátum est, accípiens et hunc præclárum Cálícem in sanctas ac venerábiles manus suas: ítem tibi grátias agens, benedíxit, dedítque discíplis suis, dicens:

Accípíte, et bíbite ex eo omnes, HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI, NOVI ET AETÉRNÍ TESTAMÉNTI: MYSTÉRIUM FÍDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.

Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

☩ ☩ ☩

**P:** Unde et mémoires, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Fílii tui Dómini nostri tam beatæ passiónis, nec non et ab inferis resurrectiónis, sed et in cælos gloriósa ascensiónis: offérimus præcláre majestáti tuæ de tuis donis, ac datis, hóstiam puram, hóstiam sanctam, hóstiam immaculátam, Panem sanctum vitæ ætérnæ, et Cálícem salutis perpétuæ.

**P:** Supra quæ propítio ac seréno vultu respícere dignéris; et accépta habére, sícuti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justí Abel, et sacrificium Patriárchæ nostri Ábrahæ: et quod tibi óbtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculátam hóstiam.

**P:** Súpplices te rogámus, omnípotens Deus: júbe hæc perférrí per manus sancti Ángeli tui in sublíme altáre tuum, in conspéctu divínæ majestátis tuæ: ut quotquot, ex hac altáris participatióne sacrosánctum Fílii tui, Corpus, et Sanguinem sumpsérimus, omni benedictióne cælésti et grátia repleámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** Meménto étiam, Dómine, famulórum, famularúmque tuarum **N.** et **N.** qui nos præcessérunt cum signo fidei, et dórmiunt in somno pacis. Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multítudine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam, et societátatem donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis et Mártyribus: cum Joánnē, Stéphanō, Matthía, Bárnabā, Ignátio, Alexándro, Marcellino, Petro, Felicitáte, Perpétua, Ágatha, Lúcia, Agnète, Cæcília, Anastasia, et ómnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed véniæ, quæsumus, largítor admítte. Per Christum Dóminum nostrum.

**P:** Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, sanctíficas, vivíficas, benedícis, et præstas nobis. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti, omnis honor, et glória.

*(aloud, to conclude the Canon)*

**P:** Per ómnia sæcula sæculórum.

## (Stand at High Mass)

**S:** Amen.

**P:** Orémus. Præcceptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dícere:

Pater noster, qui es in cælis: Sanctificétur nomen tuum: Advéniat regnum tuum: Fiat volúntas tua, sícut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie: Et dimítte nobis débíta nostra, sícut et nos dimíttimus debitoribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióne.

**S:** Sed líbera nos a malo.

**P:** Amen

**P:** Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, præteritis, et præséntibus, et futúris: et intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitricé Mariá, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis: da propítiam pacem in diébus nostris: ut ope misericórdiæ tuæ adjúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatióne secúri. Per eúndem Dominum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**S:** Amen.

**P:** Pax Dómini sit semper vobíscum.

**S:** Et cum spírítu tuo.

## (Kneel at High Mass)

**P:** Hæc commémur, et consecráto Córporis et Sanguinis Dómini nostri Jesu Christi fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam. Amen.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** dona nobis pacem.

**P:** Dómine Jesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ: eámque secúndum volúntatem tuam pacificáre et coadunáre dignéris: Qui vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

**P:** Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex volúntate Patris, cooperánte Spírítu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sanguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis, et univérsis malis: et fac me tuis vivis et inhærére mandátis, et a te numquam separári permíttas: Qui cum eódem Deo Patre et Spírítu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. Amen.

**P:** Percéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indígnus súmere præsumo, quod mihi provéniat in júdicium et condemnatióne: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spírítu Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

**P:** Panem cæléstem accípiam, et nomen Dómini invocábo.

Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

**P:** Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

**(Kneel)**

**P:** Holy, holy, holy, Lord God of Hosts! Heaven and earth are filled with Thy glory. Hosanna in the highest! †Blessed is He Who comes in the name of the Lord. Hosanna in the highest!

## THE ROMAN CANON

**P:** Therefore, most merciful Father, we humbly pray and entreat Thee, through Jesus Christ, Thy Son, Our Lord, that Thou would accept and bless these gifts, these offerings, these holy and spotless sacrifices, which, in the first place, we offer Thee for Thy holy Catholic Church: deign to pacify, to guard, to unite, and to govern her throughout the world, together with Thy servant **N.**, our Pope, and **N.**, our Bishop; and all orthodox believers of the Catholic and apostolic faith.

**P:** Be mindful, O Lord, of Thy servants and handmaids **N.** and **N.**, and of all here present, whose faith and devotion are known unto Thee, for whom we offer, or who offer to Thee, this sacrifice of praise for themselves, and for all their own, for the redemption of their souls, for their hope of salvation and safety; and who pay their vows to Thee, the everlasting, living, and true God.

**P:** Having communion with, and venerating first of all the memory of the glorious and ever Virgin Mary, Mother of our God and Lord Jesus Christ; and also of blessed Joseph, Spouse of the same Virgin, and of Thy blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus; of Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and all Thy Saints, by whose merits and prayers, grant that in all things we may be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ, our Lord. Amen.

**P:** We therefore beseech Thee, O Lord, to graciously accept this oblation of our service, as also of Thy entire family; dispose our days in Thy peace, save us from eternal damnation, and command that we be numbered in the flock of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

**P:** Which oblation, do Thou, O God, deign in all respects to make blessed, approved, ratified, reasonable and acceptable, so that it may become for us the Body and Blood of Thy most beloved Son, our Lord, Jesus Christ.

**P:** Who, the day before He suffered, took bread into His holy and venerable hands, and with His eyes raised to heaven, unto Thee, God, His almighty Father, giving thanks to Thee, He blessed it, broke it, and gave it to His disciples saying:

Take, all of you, and eat of this: FOR THIS IS MY BODY.

**P:** In like manner, after He had supped, taking also this excellent chalice into His holy and venerable hands, and giving thanks to Thee, He blessed it, and gave it to His disciples, saying:

Take, all of you, and drink of this: FOR THIS IS THE CHALICE OF MY BLOOD OF THE NEW AND ETERNAL TESTAMENT: THE MYSTERY OF FAITH: WHICH SHALL BE Poured OUT FOR YOU AND FOR MANY UNTO THE REMISSION OF SINS.

As often as you shall do these things, you do them in memory of Me.

**P:** Wherefore, Lord, we, Thy servants, but also Thy holy people, mindful of the same Christ, Thy Son, our Lord, of His blessed passion, and of His resurrection from the grave, and of His glorious ascension into heaven, offer unto Thy most excellent majesty of Thine own gifts, bestowed upon us, a pure victim, a holy victim, an unspotted victim, the holy Bread of eternal life and the Chalice of everlasting salvation.

**P:** Deign to regard them with a gracious and serene countenance, and to accept them, as Thou didst deign to accept the gifts of Thy just servant Abel, and the sacrifice of Abraham our Patriarch, and that which Thy chief priest Melchisedech offered to Thee, a holy sacrifice, an unspotted victim.

**P:** Humbly we pray Thee, almighty God, command these offerings to be borne by the hands of Thy holy Angel to Thine altar on high, in the sight of Thy divine majesty, so that as many of us as shall, by partaking from this altar, consume the most holy Body and Blood of Thy Son, may be filled with every heavenly grace and blessing. Through the same Christ our Lord. Amen.

**P:** Be mindful also, O Lord, of Thy servants and handmaids **N.** and **N.** who have gone before us with the sign of faith and rest in the sleep of peace. To these, O Lord, and to all who rest in Christ, we plead that you grant a place of comfort, light, and peace. Through the same Christ our Lord. Amen.

**P:** To us sinners also, Thy servants, trusting in the multitude of Thy mercies, deign to grant some part and fellowship with Thy holy Apostles and Martyrs, with John, Stephen, Matthias, Barnabas, Ignatius, Alexander, Marcellinus, Peter, Felicitas, Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia, and with all Thy Saints, into whose company, we beseech Thee, not as appraiser of merit but as bestower of pardon, to admit us. Through Christ our Lord.

**P:** Through Whom, O Lord, Thou always create, sanctify, quicken, bless and bestow upon us all good things. Through Him and with Him and in Him is to Thee, God the Father almighty, in the unity of the Holy Spirit, all honor and glory,

**P:** Forever and ever.

## (Stand at High Mass)

**S:** Amen.

**P:** Let us pray: Admonished by Thy saving precepts, and following Thy divine institution, we dare to say: Our Father, Who art in heaven, hallowed be Thy name; Thy kingdom come; Thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread. And forgive us our trespasses as we forgive those who trespass against us. And lead us not into temptation.

**S:** But deliver us from evil.

**P:** Amen.

**P:** Deliver us, we beseech Thee, O Lord, from all evils, past, present, and to come; and by the intercession of the blessed and glorious ever-Virgin Mary, Mother of God, together with Thy blessed Apostles, Peter and Paul, and Andrew, and all the Saints, mercifully grant peace in our days, that sustained by the help of Thy mercy, we may be always free from sin and secure from all disturbance. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee, in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**S:** Amen.

**P:** The peace of the Lord be always with you.

**S:** And with your spirit.

## (Kneel at High Mass)

**P:** May this mingling and consecration of the Body and Blood of our Lord Jesus Christ be to us who receive it effectual unto eternal life. Amen.

Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** have mercy on us.

Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** have mercy on us.

Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** grant us peace.

**P:** O Lord Jesus Christ, Who said to Thine Apostles: Peace I leave you, My peace I give you; regard not my sins, but the faith of Thy Church, and deign to grant her peace and to unify her according to Thy will: Who lives and reigns God, forever and ever. Amen.

**P:** Lord Jesus Christ, Son of the living God, Who, by the will of the Father, with the cooperation of the Holy Spirit, hast by Thy death given life to the world; deliver me by this Thy most sacred Body and Blood, from all my sins and from all evils. Make me always cleave to Thy commandments, and never permit me to be separated from Thee, Who with the same God the Father and the Holy Spirit, lives and reigns, God, forever and ever. Amen.

**P:** Let not the partaking of Thy Body, O Lord Jesus Christ, which I, unworthy, presume to receive, turn to my judgment and condemnation; but through Thy kindness, may it benefit me, a safeguard both of mind and body, and a certain remedy. Who with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, lives and reigns God, forever and ever. Amen.

**P:** I will take the Bread of heaven, and will call upon the name of the Lord.

Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

**P:** May the Body of our Lord Jesus Christ preserve my soul unto life everlasting. Amen.

**P:** Quid retribuam Dómino pro ómnibus quæ retribuit mihi? Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.

**P:** Sanguis Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

**P:** Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

**S:** Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

**S:** Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

**S:** Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

#### AT THE COMMUNION RAIL

**P:** Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

#### AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** Quod ore súmpsimus, Dómine, pura mente capiámus: et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnum.

**P:** Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhæreat viscéribus meis: et præsta; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecerunt sacraménta: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum, Amen.

#### AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

##### COMMUNION

**Psalms 118: 81, 84, 86**

In salutári tuo ánima mea, et in verbum tuum sperávi: quando fácies de persecuéntibus me iudícium? Iníqui persecúti sunt me, ádjuva me, Dómine Deus meus.

#### AT THE CENTER OF THE ALTAR

##### (Stand at High Mass)

**P:** Dóminus vobíscum.

**S:** **Et cum spírítu tuo.**

#### AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**P:** Orémus.

##### POSTCOMMUNION

Immortalitátis alimóniam consecúti, quæsumus, Dómine: ut, quod ore percépiimus, pura mente sectémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**S:** Amen.

**P:** Orémus.

##### POSTCOMMUNION

Prótegat nos, Dómine, cum tui perceptióne sacraménti beátus Hilariónus Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiónis ejus experiámur insígnia, et intercessiόnis percipiámus suffrágia.

##### POSTCOMMUNION

Præsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Virgínis et Martýribus tuis Ursula et Sociábus ejus: ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**S:** Amen.

#### AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** Dóminus vobíscum.

**S:** **Et cum spírítu tuo.**

**P:** Ite, Missa est.

**S:** **Deo grátias.**

##### (Kneel at High Mass)

**P:** Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ: et præsta; ut sacrificium, quod óculis tuæ majestátis indígnus obtuli, tibi sit acceptábile, mihiq̄ue et ómnibus pro quibus illud obtuli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** Benedícat vos omnípotens Deus, †Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus.

**S:** Amen.

#### AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR

##### (Stand)

**P:** Dóminus vobíscum.

**S:** **Et cum spírítu tuo.**

**P:** Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem.

**S:** **Glória tibi, Dómine.**

**P:** In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Ómnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhiberet de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhiberet de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.

**(Genuflect)** ET VERBUM CARO

**FACTUM** EST

et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

**S:** Deo grátias.

#### [Leonine Prayers](#)

(optional after Low Mass)

**P:** What return shall I render unto the Lord for all He has given me? I will take the Chalice of salvation, and I will call upon the name of the Lord.

Praising I will call upon the Lord, and I shall be saved from my enemies.

**P:** May the Blood of our Lord Jesus Christ preserve my soul to life everlasting. Amen.

**P:** Behold the Lamb of God, behold Him who takes away the sins of the world.

**S:** Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

**S:** Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

**S:** Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

#### AT THE COMMUNION RAIL

**P:** May the Body of our Lord Jesus Christ preserve your soul unto everlasting life. Amen.

#### AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** Grant, O Lord, that what we have taken with our mouth, we may receive with a pure mind; and from a temporal gift may it become to us an eternal remedy.

**P:** May Thy Body, O Lord, which I have consumed, and Thy Blood which I have drunk, cling to my vitals; and grant that no wicked stain may remain in me, whom these pure and holy mysteries have refreshed. Who lives and reigns, forever and ever. Amen.

#### AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

My soul is in Thy salvation, and in Thy word have I hoped: when wilt Thou execute judgment on them that persecute me? The wicked have persecuted me: help me, O Lord my God.

#### AT THE CENTER OF THE ALTAR

##### (Stand at High Mass)

**P:** The Lord be with you.

**S:** And with your spirit.

#### AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**P:** Let us pray.

##### POSTCOMMUNION

We who have received the food of immortality, beseech Thee, O Lord: that what we have taken with our mouth, we may follow after with a pure mind. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**S:** Amen.

**P:** Let us pray.

##### For St. Hilarion

May the pleading of blessed Hilarion the Abbot for us, as well as the reception of Thy Sacraments, protect us, O Lord, that we may both share in the glory of his works, and receive the help of his intercession.

##### For St. Ursula & Companions

Grant us, we beseech Thee, O Lord, by the intercession of Thy holy virgins and martyrs, Ursula and her companions, that what we touch with our lips we may receive with pure hearts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**S:** Amen.

#### AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** The Lord be with you.

**S:** And with your spirit.

**P:** Go, the Mass is ended.

**S:** Thanks be to God.

##### (Kneel at High Mass)

**P:** May the performance of my homage be pleasing to Thee, O holy Trinity: and grant that the sacrifice which I, though unworthy, have offered up in the sight of Thy majesty, may be acceptable unto Thee, and may, through Thy mercy, be a propitiation for myself and all those for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.

**P:** May almighty God bless you, †the Father, Son, and Holy Spirit.

**S:** Amen.

#### AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR

##### (Stand)

**P:** The Lord be with you.

**S:** And with your spirit.

**P:** The beginning of the holy Gospel according to John.

**S:** Glory be to Thee, O Lord.

**P:** In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. The same was in the beginning with God. All things were made by Him: and without Him was made nothing that was made. In Him was life, and the life was the light of men. And the light shineth in darkness, and the darkness did not comprehend it. There was a man sent from God, whose name was John. This man came for a witness, to give testimony of the light, that all men might believe through him. He was not that light, but was to give testimony of the light. That was the true light, which enlighteneth every man that cometh into this world. He was in the world, and the world was made by Him, and the world knew Him not. He came unto His own, and His own received Him not. But as many as received Him, He gave them power to be made the sons of God, to them that believe in His name. Who are born, not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God.

**(Genuflect)** AND THE WORD WAS

**MADE FLESH,**

and dwelt among us, (and we saw His glory, the glory as it were of the only begotten of the Father,) full of grace and truth.

**S:** Thanks be to God.